



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Art. I. De Immunitate Locali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)

paratione ante omnia observanda sunt pacta & conventiones, & his cestantibus statuta vel consuetudines dioecesanæ: vi quorum Jurium particularium alicujus in aliquibus Germanie nostræ dioecesisibus Parochi & alii beneficiati quo annis Pa-

rochialium & aliorum reddituum benefi-  
cialium portionem aliquam vel certam  
pecuniaæ summam vg. decem florenos in  
ædium Parochialium Reparationem im-  
pendere, vel, cum necessitas exigit, impen-  
dendam pendere debent.



## TITVLVS XLIX.

### De Immunitate Ecclesiarum, Coemi- terii & Rerum, ad eas pertinentium.

**U**T Ecclesiæ ad cultum Dei & Divinorum frequentationem sua dignitate Fideles invitarent, non tantum ad formam & Splendorem Dei domui convenientem extrui & reduci semper conseruerunt: sed insuper munera sunt privilegiis genera Immunitatis Localis, qua ipsarum venerationem: & Realis, quæ rerum ad eas & personas Ecclesiasticas pertinenti-  
um tutiōnem spectat.

#### ARTICULUS I. De Immunitate Lo- cali.

##### S U M M A R I U M .

1. Immunitatis definitio ac divisio.
2. Localis in duobus privilegiis conser-  
vit.
3. Primo ab Ecclesiæ excluduntur I. Ju-  
dicia Secularia,
4. Ecclesiastice permittit.
5. II. Contractus & negotiationes, pre-  
fertim mundinarum,

6. III. Concilia seu conventus Secula-  
res.
7. IV. Ludi, choreæ, musicæ &c. pro-  
phane.
8. V. Rerum prophanarum deposita.
9. VI. Hospitandi & similia onera.
10. Altero ad Ecclesiæ conjugientes  
proteguntur.

**I**Mmunitas in genere est Exemptio si-  
ve libertas à munere vel onere com-  
muni, l. i. ff. de Jure immunit. In  
specie autem Immunitas Ecclesi-  
astica est Jus, quô Loca, Res vel Personæ Ec-  
clesiasticæ à communi onere, sive obliga-  
tione libera sunt & exemptæ, Panormit,  
in Rubric. Sylvester V. Immunitas 1. pr.  
& Covarruvias Lib. 2. var. cap. 20. pr.  
Res, inquam, Loca vel Personæ in numerô  
plurali; quia particularis alicujus rei, loci  
vel personaæ Ecclesiasticæ privilegium,  
vel specialis exemptio Ecclesiastica im-  
munitatis nomen non meretur: sed sola  
exemptio, quæ convenit toti statui vel ge-  
neraliter omnibus ejusmodi Locis, Rebus  
vel Personis, ut cum Panormit. in c. No-  
Y Y Y Y 3 verit 49.

*Verit. 49. de Sent. excom. n. 2. & aliis nota*  
*tat Laiman Lib. 4. Tract. 9. cap. 5. n. 1.*

Est autem ea Immunitas triplex.  
 Personalis, quā Clerici & aliae perso  
 nae Ecclesiasticae gaudent. Localis,  
 quā Ecclesiæ ceterisque Sacris & Rel  
 igiosis locis: Realis, quæ rebus, ad  
 ejusmodi loca & personas pertinentibus,

est concessa: quarum primæ explicatio

nē deditus Lib. 2. Tit. 2. à n. 108. Po

Potestores ad hanc Rubricā sunt declarande.

2. Localis complebitur duo privilegia.  
 Primum est, quod ob singularem rever  
 entiam loci ad cultum Dei & Sanctorum  
 venerationem per consecrationem vel  
 benedictionem deputati, exerceri in Ec  
 clesia prohibeantur non solum homicidia  
 & alii aetius peccaminos: sed etiam pro  
 phani & merè seculares:

3. Et primò quidem Judicia Secularia,  
 tam Civilia quam Criminalia, c. 1. e. Cūm  
 Ecclesia s. & præsertim c. Decet 2. in 6.  
 cuius pr. Gregorius X. Omnis, inquit, in  
 Ecclesiæ secularium judiciorum strepitus  
 conquefacat, nulla ibi causa per laicos, cri  
 minalis maximè agitur: sicut loca eas  
 dem à secularibus cognitionibus aliena.  
 Quæ, ut ab ipsis efficacius excluderentur,  
 instituti in ipsis processus & lata sententiae  
 apsō Jure irritantur, c. Decet cit. §. fin. &  
 judicia Criminalia in iis exercere præsum  
 mentes anathematis sive excommunicationis  
 cōminatione ablinere jubentur, c. CūmEc  
 clesia cit. Ratio est; quia Ecclesia est lo  
 cus à seculari jurisdictione exemptus;  
 id est in ipsius territorio quidem, at  
 non De territorio esse, dicuntur à Castro  
 in I. Si quia in hoc 10. C. de Episc. & cleric.  
 & aliis apud Turchum Præf. V. Ecclesia,  
 concil. 5. à n. 10. arg. 1. Nullas 2. in fine  
 L. de Summa Trinit. ubi Imp. Episcopis  
 Orthodoxis omnes Ecclesiæ Catholicas  
 totius orbis restituit; quia locus ab ali  
 cujus jurisdictione exemptus, extra ter

ritorium ejus sito aequiparatur: in loco  
 autem à sua jurisdictione exemplo & ex  
 tra territorium situ sit in eo, qui de  
 territorio non est, jus dicenti, quod jus  
 non dicenti, impune non paretur, c. fin.  
 de Constitut. in 6. & 1. fin. ff. de Jurisit.  
 omn. judic. Judicia, inquam, & Secu  
 laria. Prius; quia prohibitum in Ec  
 clesia non est exercitum jurisdictionis  
 Voluntaria, vg. dispensatio, elelio, pra  
 sentatio: etiam secularis, ut & manu  
 missio, l. 1. C. de His, qui in Ecclesiæ mu  
 numitt, collatio Doctoratus, etiam Scienti  
 a prophanæ & autoritate Regis facta.  
 Suarez Tom. 1. de Relig. Tract. 2. lib. 3.  
 cap. 4. n. 13. & 15. Posterior; quia cit  
 am judicia & exercitum jurisdictionis  
 Contentio Ecclesiastica, licet ex con  
 suetudine fieri soleant extra Ecclesiæ, fe  
 stat tamen communī Jure scriptō in multis  
 exerceri validè & licetè posse, cum Glosa  
 in c. Decet cit. V. Secularium & Panormi  
 in c. Cum Ecclesia cit. n. 4. docet Azor p.  
 2. Inst. lib. 5. cap. 9. q. 1. & colligit  
 ex can. fin. 2. q. 2. Ratio est partim quia  
 Ecclesia est locus Ecclesiastici iudicis juris  
 dictiōni subiectus; ac proinde, fixa in  
 loco & territorio suo proprio liberale  
 illius, sic ipse juri dicere in Ecclesia possit  
 præsertim; cūm id nullō Jure prohibitum  
 reperiatur; partim quia judicia Ecclesi  
 astica fere cum minori strepitus, quam Se  
 cularia exerceri solent & citius expediri.  
 Cui non obstat; quod hujusmodi etiam  
 judicia exerceri nequeant tempore facti,  
 vg. die Dominicæ, c. 1. & c. fin. de Feria;  
 quia tali tempore ea prohibendi specialis  
 ratio fuit; ne populum Chriftianum &  
 ipsos etiam clericos aetius forenses abla  
 bant à Divinis Officiis: quibus celebran  
 dis tempus illud specialiter deputatur,  
 Suarez cit. Lib. 3. cap. 4. n. 11.

Secundò in Ecclesiæ prohibentur  
 Contractus & Negotiations, praefer  
 sum mo

tim nundinarum, e. *Decet eit.* In cœmpterio tamen vel ipsius Ecclesie aditu Jure non prohibite: usi etiam permisla sunt venditiones cereorum & similium rerum servientium fidelium devotioni: dummodo exstant sine strepitu & contentione de pretio cum Divinorum Officiorum & fidelium ipsis præsentium perturbatione, Suarez de Eucaristia, diff. 81. f. 7. V. *Secondo & Palao Tract. II. diff. unica, p. 4. n. 3.*

**6.** Tertiò universitatum & societatum quarumlibet Concilia, Conciones, Parliamenta publica, e. *Decet eit,* intellige cum Joan. Andr. ibi n. 7. quibus res & negotia mere prophana & Politica pertractantur; quia Synodi & Concilia Ecclesiastica, aliqui tractatus de rebus ad Religionem, Pietatem, statum clericorum morumque reformationem pertinentes in Ecclesiis institui non prohibentur, Navarrus de Orat. & Horis Canon. cap. 5. n. 32. & 37. & cit. Suarez cap. 4. n. 16. & cap. 6. n. 5. Prophanii etiam ejusmodi conventus & tractatus, esti illiciti, Jure tamen irritati non sunt, *Glossa in e. cit. v. Personas & Panormit.* in e. *Cum Ecclesia cit. n. 6. & 7.*

**7.** Quartò Ludi theatrales, monstra larvarum, & histriorum gesticulationes: choreæ, cantus & musicæ omnes, quibus aliquid lascivum, impurum aut leve admiscetur: seculares actiones, confabulationes, vanaque & prophana colloquia, multoq; magis deambulationes, strepitus, & clamores, can. 1. diff. 92. e. *Cum ad decorum 12. de Vita & honeste & Trident. Sess. 22. decreto de Observand. in Missa. V. In Ecclesia.* Honesta tamen & ad devotionem comparata spectacula & pia representationes in Ecclesiis fieri permituntur, can. *Semel Christus 50. diff. 2. de Consec. Barbosa Juris Ecclesiast. Lib. 2. cap. 3. à n. 15.*

**8.** Quinto suppellestilia & alias res pro-

phanæ, tam clericorum quam laicorum, in Ecclesiis deponi, itisque recipi prohibentur: nisi id exigat incursum hostilis, incendiis subito exorti vel similis necessitatis alii casus, e. fin. de Custod. Eucaristi. ubi Barbosa n. 2. & cit. cap. 3. n. 25.

**9.** Sexto Eccleia, uti & Monasteria, eorumque & clericorum domus immunes sunt ab onere hospitandi; ut in ipsis domini seculares, eorum legati, comites, ministri, famuli, milites, hospitium sibi vendicare etiam praetextu consuetudinis non possint, ex decreto Joannis IX. in Synodo Ravennat. can. 11. c. 1. bâc Rubri. relato, & privilegio à Constantino M. Clericis indulto l. 1. C. de Episc. & Cleric. Ratio hujus est; quia Ecclesia & Ecclesiastici, tam quoad personas quam quoad bona & res suas, à potestate seculari & oneribus, quæ ab ea etiam pro communi Republicæ bono imponuntur, utroque Jure eximuntur, ut infra à n. 187. ostendetur, Panormit. in e. 1. cit. à n. 3. Azor p. 2. *Inflit. lib. 9. cap. 9. q. 8.* & Pirthing ad hanc Rubri. à n. 9. excipientes Patronum vel alium benefactorem, qui in fundationis aut beneficii recognitionem loco censis hospitiis jus cum Episcopi consentiu sibi reservavit, arg. can. *Eleutherius 18. q. 2.*

**10.** Alterum Localis Immunitatis privilegium consistit in Jure Asyli, Ecclesiis carterisque Sacris & Religiosis locis Competente & ad hanc Rubricam accuratiis explicando.

## ARTICULUS II. De Asyli Sacri Origine & Sanctitate.

### SUMMARIUM.

11. Erymen & natura Asyli:
12. Quod consuevit Templo & Ara Genitilium,

13. Regum